



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno
CCCCXXI.

Parisiis, 1644

Capvt VII. Epistola Nestorii ad Cyrillum Alexandriae episcopum, per
Lamponem presbyterum & monachum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Epistola Nestorii ad Cyrillum Alexandriae episcopum, per Lamponem presbyterum & monachum. Επιστολή Νεστορείου πρὸς Κυρίλλου Ὁ Αλεξανδρείας, διὰ Λάμπων & πρεσβυτέρου καὶ μοναζόντος.

Religiosissimo & sanctissimo comministro Cyrillo, Nestorius in Domino Sal. Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ ἀγιωτάτῳ μου συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Νεστορείῳ ἐν κωλείῳ χαίρειν.

NIHIL sane Christiana probitate potentius. Ea ut in praesentia per Lamponem presbyterum religiosissimum scriberemus, nos compulit. Cum enim ille de tua pietate multa referret, multaue vicissim audiret; postremo urgendi finem nullum fecit, donec haec a nobis impetravit. Quapropter hominis importunitati manus dedimus. Nam, ut quod res est ingenue fatear, non mediocrem cuiuscumque Christiani viri probitas (utpote in cuius pectore Deus inhabitet) timorem mihi afferre assolet. Proinde quod ad nos ipsos attinet, etsi non pauca a pietate tua designata sunt, fraternae caritati parum congruentia; (oportet enim modeste loqui) scribimus, aequitatem animi conseruantes, & salutationis officium per literas cum caritate implentes. Quantum vero Lamponis religiosissimi presbyteri vehemens impulsus ille fructum nobis allaturus sit, experientia ipsa demonstrabit. Vniuersam, quae tecum est, fraternitatem ego, quique mecum sunt, salutatam cupimus.

ΟΥΔΕΝ Ἰπικείας χριστιανικῆς βιασιότερον. Ἰσὸς πάντης οὐκ νῦν διὰ τῆς βλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος πρὸς τὸ ἄρῶν βεβιάσμεθα γράμμα, πολλὰ μὲν εἰπόντος ἡμῖν πρὸς τῆς σὴς βλαβερίας, πολλὰ δὲ καὶ αἰοῦσαντες. τὸ τελευτῶν ἐκ ἐνόδοντος ἡμῖν, ἕως τὸ παρ' ἡμῶν εἶσε πρὸς ἕξαστο γράμμα. καὶ τῆ τῆ ἀνδρὸς νενηκῆμεθα βία. Φόβος γὰρ ὁμολογῶ κεκτῆσαι πολὺ πρὸς πάντων ἀνδρὸς χριστιανικῶ Ἰπικείου, ὡς ἐγκαθῆμεν αὐτῆ ἕξαστον κεκτῆμεν. Ἐ μὲν οὐκ ἄρ' ἡμῶν, καίτοι πολλῶν ἄρ' αὐτῆ σὴς θεοσεβείας οὐκ ἄδελφικῶ ἀγάπῳ. δεῖ γὰρ εἰπεῖν βίσημότερον γεγονότων, ἐν μακροθυμίᾳ τε καὶ ἀγάπῃ γραμμάτων πρὸς ὁμοίαν. δεῖξει δὲ ἡ πείρα, ποταπὸς ἡμῖν ὁ τῆς ἄρ' αὐτῆ βλαβεστάτου πρεσβυτέρου Λάμπωνος βίας καρπός. πάντων πρὸς σὺν ὅτι ἀδελφότητά ἐργῶ τε καὶ ὅ σὺν ἐμοὶ πρὸς ἄλλοις.